

conatum, cassum propositum, & intentum irritum, dicitur apud Marium Victor. lib. 1. Ge. n. f. v. 496. Deus

Mar. Virg

Dixit, & exanguem se est exorsus in Evam; At tu que nimium solam te perdere fructum esse putans sceleris, mi sero iam mente nocendi Insiata viro, dominat aq;e crimine tanto es; Præbibi famulare iugum, subiectaque duri Arbitrium sensura viri, pati laboribus Casibus asiduis: ut captum que prior ausa es Multiplicare nefas, multis versere periculis.

Sub Pro In.

Cœptum nefas erat, arbitrio suo regi. Hoc modo conatur, & conabitur quandiu fuerit fomes (propria conditio) vanitatis; sicut plurimis verratur periculis. 49 Sub aliquando significat In. Radices eius sub illa erant. Ezech. 17. v. 6. idest, in illa erant. q. d. habebat radices. Ovid. lib. 3. Trist. Eleg. 5. & Virgil. 1. Eniã. v. 457. eodem sensu usi, per eleganter, ac lapide cœcinere: Sub nuda positum cernere possit humo, Namque sub ingenti lustrat dum singula templo.

Ovid. Virg.

Hoc est, in humo; in templo. Apud Iurisperitos passim; vide quos citavi num. 42. & leg. 3. ff. de In litem iurand. & leg. Pronuntiatio, §. 1. de Verbor. signif. Proinde Sub viri, idest, in potestate viri eris; nullo modo arbitra tui, ut quod velis, possis facere; sed semper sub arbitrio voluntatis alienæ: non es tui iuris, vel capitis; quippe caput non habes, iuxta Apostolum dicentem ad Ephes. 5. v. 23. Vir caput est mulieris. Ad hæc lex prævaluit, ut iuxta Rom. leges, Mulier capite diminuta dicatur. Vide Leonardum Marium hic, num. 22. & Rupertum ubi supr. de Trinit. Qui ibid. cap. 2. 1. inquit: Sub viri, & c. Scilicet, ut nunquam mulier libera sit de subiugo viri, sed eius tam et as, quam conatio primum sub potestate viri tutoris, & deinceps cum in manu viri per legitimam coniugij tabulam venerit, sub dominio viri sit.

Ephes. Cur mulier dicatur capite diminuta Leonard. Mar. Rupert.

Galat. Femina nullo non reipore sub potestate viri.

50 Huiusmodi statum appellare servitutem, dissonum nequaquam erit; quandoquidem servitus dicitur, ubi aliquis de se deliberare non potest; leges estõ omittent civiles, Paulus assentitur. Quanto tempore heres parvulus est (ait ad Galat. 4. v. 1.) nihil differt à servo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & adionibus est usque ad præfinitum tempus à patre. Unde femina, vel sub patria potestate erit, vel sub tutore, vel sub viro. Non ad tui, sed ad viri placitum propter ætatem, vel conditionem vives, morem geres, & morigeraberis; quippe (præcipue nupta) ipsius tua interest. Succinitur Cyprianus in Genes. v. 124. Femina

Cyprian.

Præcipitur, duo discrimine ponere partum, Servitiumque sui studio perferre mariti. Speculum viri eris, neque aliter, neque alium representabis. Libertas vertitur in cardine velle, & nolle. Libertatem, quam servitute habes, habebis; quæ quidem erit velle, & nolle viri tui. Attestatur Dracontius de Oper. Sex. diei. v. 159.

Dracont. Spõsi nollet, & velle idem.

Velle pares, & nolle pares, stans una voluntas. Par animi concors, paribus decurrere votis, Ambo sibi requies ceradis sint, ambo fideles, Et quicunque datur casus, sit causa duorum. Quare Vir desiderium eius dicitur à Pagnino, quoniam nihil præter placitum, & nihil nisi placitum eius desiderare debet.

Alc. Avit

Cuius tu subdita iussis Pareto, & libitus post hæc assuesce viriles. Ait Alcimus Avit. lib. 3. v. 146. Sicut oculi ancillæ in manibus domine suæ, ita tu ad oculum servies illi, cui iure subiectio. Quæ autem nupta est cogitat, quomodo placeat viro.

Femina nupta, est sub viro domi. Inter in. Quid si vir iustus est Procop.

51 Sub viri. Viri potestas explanatur hic, sensu quo supr. Si coniugata, sub potestate viri dominat; distinctionem status, quo virgo femina est sub viro, sed non dominat; scilicet tutore, vel procuratore, mortuo patre. Aliquid emphasis odoror in y Viri. Idest, ni fallor, sub viro, in quo naturaliter magis floret, & præstat perspicua ratio: ut In terlinealis Gloss. innuit, dicens: Sub rationis potestate. Quid (inquires) si ratio, quod usu venit, omnino abfuerit à viro? Respondet Procopius ubi supr. Tribuitur enim imperium virtuti (quæ lucet in illa) non mulieri. Sub viro etiam stulto prudens femina erit (lachrymabi-

mabilis sexus in hoc articulo) tuncque vir sub consilio femina erit, non sub dominio. Quam multa laborare marito veterno sulcitate, laborant regimini ægritudine! Nesciunt uti forte, nemo ab illis gaudet vinci. Si me consulere, ut consulerent tibi, dicerem: Consilia viris danda, non quasi dederint, sed quasi ceciderint. Plus enim dominij habere, ni tantum desiderarent. Mulierum consilia non semper damno, (ait Iustus Lipsius in Notis ad 2. Politie. præferim si qua à natura paulo magis facta ad prudentiam, & virtutem. Ita etiam Aristoteles lib. 2. Politie. cap. 8. & Corneil. Tacitus lib. 3. Annal. cap. 33. & lib. 15. cap. 54.

Crisi de feminariõ consilia

Iust. Lips

52 Hinc patet, quomodo intelligendam illud 2. Reg. cap. 14. Hec mulier vidua sum, mortuus est enim vir meus. Mulier vidua dicitur vel coniugata, modo absit vir, vel sit fenex. Senec. in Medea. Act. 3. v. 382. & Plaut. in Stich. Act. 1. Scen. 1. v. 2.

2. Reg. 14. 5. Senec. Vidua dicitur etiam coniugata. Plaut.

Cum coniux viduata tedis Ardet, & odit, Tandiu vidua viro suo caruit.

Quod etiam de femina seni nupta, in Mili. Glorios. Act. 4. Scen. 1. v. 13. canit: Nec nuptam esse, nec viduam.

Etiam virgo dicitur vidua. Seneca in Agamem. Act. 2. v. 195. & Act. 5. v. 988. ac in Troad. Act. 1. v. 13.

Idem. Et virgo. Seneca. Idem.

Ante te morantur virgines vidua domi. Vidua ante thalamos, Ripam caterois Ponticam viduis ferit.

Viduis, inquit Mart. Delcius hic, Castis virorum amplexus non expertis. Apuleius lib. 4. de Asin. Aur. ait: Psyche virgo vidua domi. Tit. Livius lib. 1. & se (loquitur Julia maior) rebus viduam, & illum calibem futurum fuisse.

Delc.

53 Vidua quoque dicitur, quæ passa divortium. Plaut. in Menachmis, Act. 1. Scen. 2. v. 3.

Et discipula ta viro. Plaut.

Si mihi tale post hunc diem Faxis, faxo foris vidua visas patrem.

Et ipse ibid. Act. 5. Scen. 1. iterat, inculcatque nomen in eadem acceptance v. 20. 26. 27. Etia potest dici viduas, ubi vir, & femina uno, eodemque lecto pudice recumbant. Unde Petron. Noctæ qua te mihi subdaxit, usque in iniuriã vigilavit. An contentus fuit vidua, pudicaque nocte? Vide Græcerum, Viduæ à Ferando Adduensi (lib. 1. Explic. cap. ult. ex v. 195. Agamem. Senec.) dicitur virgines, quæ matre carent, à Nonio vidua, idest bivira, cuius secundus maritus vivebat. Verum apud Antiquos viduæ dicebantur omnes mulieres viro carentes, virgines & nuptæ. Consule Iavonelum leg. 242. §. 3. ff. de Verb. signif. & lib. 2. ex posterioribus abeonis, qui docuit, viduam dictam quasi sine duitate. Latè tractat Mart. Delc. in Medea Senec. Act. 2. v. 215. & Frid. Taubmannus in Stich. Plaut. Act. 1. Scen. 2.

Arbit.

Quæ matre caret. Fer. Add. Quæ ad fecundas nuptas trahit

54 Frequentiore sensu vidua dicitur viro privata, non negata, quæ in acceptance privatus aliquo, dicitur vidua, seu defertur. Horatius lib. 1. Carm. Od. 10.

Nonius. Vidua idest sine duitate.

Voce dum terret, viduus pharata Risit Apollo.

Leges dicuntur viduæ, quia sine iudice, & propugnatore, & terræ sine agricolis, quia feminibus privata. Senec. in Oedipo. Act. 1. v. 111. & Horat. ubi dudum lib. 4. Od. 15.

Viro privata. Horat. Senec. Horat.

Viduas colonis Respicias terras miseranda Trobe, Viduas ducit ad arbores.

Proin Latini distinguunt Viduam, & Viduatam; quasi vidua sit femina quævis non habens virum, virgo est: ut accipitur leg. Malum. ff. de Verb. signif. & viduata, quæ viro ob mortem privata est: uti in Galb. Suet. Agrippina viduata morte Domitij.

Quid vidua, & viduata

55 Vidua denique, vel viduitatis etymologiam sumunt aliqui à Viduitate, quod sonat afflictionem. Ita Macrobius Saturnal. lib. 2. cap. 15. quoniam bonis privat, sicut clades arbes, ut canit Virgilius lib. 8. Æneid. v. 571.

Viduitas, idest calamitas. Viug.

Tam multis viduasset civibus urbem.

Ita mulier viduata viro, bonis omnibus privatur. Unde dicitur derelicta, orbata, afflictæ, sine patrocino, & iuvamine, quæ omnia possidet in viro, qui Refugium eius, uti vidimus ex Procopio. Hacque calamitate attrita ploratur Ierusalem à Ieremia Thren. 1. v. 1. dicente: Facta est quasi vidua domina Gentium. Eoque sensu accipitur à Paulo 1. Tim. 5. v. 35. Vide speciosæ apud Alap. hæc.

Procop. Thren.

Vidua, id est, afflicta.

Senec.

Vidua, id est, soluta. 1. Cor. Rom.

Potestas viro conceditur, non ipsius permittitur. Plaut.

Servitium feminarum apud Sines Ioanni Nicub. Nomen non habent, sed agnomina ab ordine nascuntur. Apud Rusos feminam amare conpulant ex numero verberum.

Jacob. Born.

Mirabilia historia de buxumvni amore.

Quibus profunt verbera?

Car femina est costia Admittit D. Tho.

56 His pralibatis facili discentur auctoritas feminae querele dicitur: Vidua sum, mortuus est enim vir meus. Id est, mulier afflicta sum, refugium meum evanuit, quia mortuus est vir meus. Deserta sum, orbata, patrociniū enim haud in viro, quoniam mortuus est, habeo. Itecirco praeiicit Heu, interfectionem amari animi. Haud iudices, o Rex, me viduam atque, nimirum sine viro, sed viduatam; quippe mortuus est vir meus. Ita Phaedra apud Senec. in Hippol. Act. 2. v. 626. Miserece vidua. Id est, afflicta, misella. Deinde. Heu vidua sum &c. scilicet, libera sum sub nullius potestate deo, siquidem ille, qui meus dominus, mortuus est. Claret sententia iuxta mentem Pauli 1. Corint. 7. v. 39. afferentis: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit: quod si dormierit vir eius, liberata est. Qualis, & quamam lex cui ligata, & à qua obitu viri soluta? Sub viri potestate eris, &c. ut ille etiam explicat ad Rom. 7. v. 2. Sub viro est mulier: vivente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Quapropter peritodus liquidò exponitur: Vidua, hoc est, soluta sum (licet sub potestate viri) à potestate viri domini, quippe vir meus, seu dominus mortuus est.

57 Potestate eris. Huiusmodi potestas data, non est tyrannica, sed moderata ratione, diligendo obedientem, obsecrando, arguendo, increpandoque errantem. Monet vel ethimicus (illa semper renuunt, maxime si dilecta iudicantur.)

Ni mala, ni stulta sis, ni indomita, imposque animi: Quod viro esse odio videns, tuti tibi odio habes, Preter hoc si mihi tale post hunc diem Faxis, &c.

Ait Plautus in Menachm. Act. 1. Scen. 2. v. 1. Aliqui ita improbi, & indolis sanguinolenta, ut potius famulam servituti diræ mancipatam, quam consortem arbitrentur accipisse. Uxoribus Sinarum longa est captivitas, quas domi quasi in custodia continent à nemine visas, neque à Sole multis annis. Agra ferè sunt pedibus, quia à primoribus unguibus fascijs cōstringuntur, siquidem à viris audiunt, eximiam feminae pulchritudinem vetti in pedum brevitate: Sed potius virorum ablu (ait Ioannes Nicubovius in Legation. Batavica. p. 2. cap. 6. ut domi femina contineantur hoc repertum videtur. Dignas malis indicant, & indignas nomine. Apud illos feminae nominibus carent: Ait idem ibid. cap. 5. sicut apud Romanos mos multis sæculis inolevit. Ex ordine tatarum ortus discernebatur. Unde agnomina Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, Quincilla, Quintillana.

58 Apud Rusos adeo servilibus ingenijs demissa sūt, ut in alia prater virorum servitutum minimè intendant, cogitent, aut itudeant: & quod supra fidem, virorum in se benevolentiam ex verberum numero existiment: nunquam seius iudicio habitz, quam cum in favam & truceem mariti Minervam inciderint. Festive igitur Iacobus Bornicus Emblem. 37.

Equus amor Rusi, qui uxorem cedit amore? Nec nisi quam plagis uxor amari cupit.

59 Recolo, me legisse in Republ. Moscovia, eiusmodi historiam, mirandam prosum. Quidam è Germania in Moscoviam migraverat, vir è plebe, miles gregarius. Haesit ergo in illa regione, & cum sedes placeret, inde etiam uxorem duxit. Hanc cum ebriam haberet, omnibusque offensis mutuam gratiam affectaret; illa deiectis lumbibus moesta crebro in singultibus, & ceteris amari animi indicijs erat. Viro denique sciscitanti tristitia causam. Quid tu, inquit illa, tam egregie fingis amorem? Num putas latere me quam tibi visis sum? Ubi sunt verbera, quibus te amare docuisti? Hoc certe potissimum pacto, maritorum in uxores apud nos benevolentia sancitur. Hocine audito primum stupor continuat risum, mox utroque vaneſcente, arripuit e edendi stupidam, levissimam ansam: que suspiribus tranquilliz, tum primum bona fide amare, & colere cepit. Nec tenuit Ioannes modum (si nomen in tartilla re placet, Ioannes Iordanus dicebatur) grandi enim ictu buis aliquando cervicem fregit. Barbarus profectò amor, cuius improba sententia:

Nux, aſinus, mulier simili sunt lege ligata, Hec tria nil rectè faciunt, si verbera cessent.

Periniquè potestas in feminas ita exercetur. De viro mulier sumpta est, & de costa. Nec de capite, ut regendo non dominetur: nec de pedibus, ne ministrando teratur; sed de viri costa, dilectionis sede, ut nec immeritò ametur. Non conditur ut domina, neque ut ancilla, sed ut socia. Vide D. Thom. 1. p. q. 93. art. 3. Ideo frequenter apud Profanos vocantur Sorores.

60 Potestas, quæ hic stabilitur, est ius imperium, seu principatus rationalis vi-

ri, cum civili subiectione feminae, quatenus in domo caput non sit, ut dicit Apostolus 1. Cor. 11. v. 3. Quare in signum huius subiectionis comam nutrit, quod ignominia viro est. Itaque intelligi debet Paulus ibid. v. 10. dicens: Mulier potestate debet habere super caput suum. Id est, Velamen, ut multi legunt: vel Comam. Hæc sunt signa potestatis viri, & subiectionis feminae: dicunturque Potestas metonymice. Tertullianus huiusmodi velum vocat Humilitatis suæ fereinam: lib. de Coron. Milit. cap. 14. Chrysostomus in cit. Epist. Pauli. Inſigne subiectionis: & Cornel. Alapud. hic inſit: Alludit Apostolus ad illud Genesis. Sub viri potestate eris, &c.

61 Mulieres olim, & in signum subiectionis, & ob pudorem, faciei velamine usas fuisse constat ex toto lib. Tertulliani de Velandis Virginibus. ex Plutarcho de Populib. Lacon. & Valerio Max. lib. 6. cap. 3. ut è domo egredientes viderent, & non viderentur. Quinimò ait Tertullian. loc. cit. cap. 17. Iudicabant nos Arabie femine Ethnice, quæ non caput tantum, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo librato, contenta sint dimidia frui luce, potius quam totam faciem profuere. Quæ enim auctoritate clarificat intelligentia illius. Cant. 4. v. 9. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Unde apud Senec. in Agamem. Act. ult. v. 959. de virgine sine velamine dicitur: Quis credat esse virginem?

62 Hoc subiectionis insigne illustrare cogitant feminae, & sermo ab omnibus nationibus cura adhibita fucanda, discriminanda, & calamistranda comæ. Vide Apuleium in Asin. Aur. lib. 2. Virgil. lib. 4. Æneid. v. 148. & Horat. lib. 1. Carm. Od. 11. v. 23.

Mollique suavem Fronde premit crimem fingens, atque implicat auro. Incampium Laena More comam religata nodum.

Apud Poetas passim, Tale & tantum studium in capillitio mulieres posuerunt, ut ex vario capillorum ornatu confaret index status, conditionis, & dignitatis uniuscuiusque. Haud sine risu vellicatu videbis in p. 6. Histor. Indiae Orientalis, iconibus vivide expressa, & de Sinarum ridiculo artificio capillorum apud Ioann. Nicubovium ibi supra. Subdita ergo sunt, & insignia subiectionis pratereant. Ideo laus Sponsæ inchoatur à pedibus Cant. 7. v. 1. ubi: Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis (signa iuris celsi, ut constat. Exod. 3. v. 5. Deuter. 25. v. 9. & Esther. 4. v. 7.) filia Principis! At Sponsa à capite: ibid. 5. v. 11. interrogata Amasia, Qualis est dilectus, &c. Respondit: Caput eius aurum optimum. Apposite quidem: quippe auctoritas viri ab excellentia capitis; feminae verò à subiectione, licet filia Principis.

63 Hinc etiam apud Romanos (observatio Pierij Valer. est lib. 42. cap. 26.) Mos fuit, ut nuptiarum capita calibrari hasta comerentur, propterea quod quæ nubere, imperio viri subieceretur. Calibraris hasta vocabatur, quæ in corpore glaciatoris abiecta, & occisi stitisset. Sub hasta enim erant, qui libertatem amiserant. Ambrosius itaque in Exhortat. ad Virgin. floride faceret, & lepide rebus inspectis ait: Quæ nuperit ad servitutum pecunia sua videtur. Meliore conditione mancipia, quam coniugia comparantur. In illis meritiū emitur servituti: in istis pretium ad servitutum additur. Nuptia venalis auro gravatur, auro aestimatur. Mala mors dicitur Mulier. An quia qui uxorem ducunt, efficiunt aspidam mercem? Mala utique mors, cui aliqui & pretij superadditur, ut eiciatur è domo. Malum profectò iudicatur, cum plerique ducant pretium, & non feminam; sed si feminam, ob pretium. Hanc in rem Alcimus Avitus lib. 2. v. 262. ait: Adam

Conſtanter rapit inconstans dotale venenum.

Siquidem elenodia viri costa, dos verò femina natura ruina.

64 Sub viri potestate. Abſit à natura rationali imperium feminae in virum: igitur plerunque barbarum,

Sumeret illicitos etenim si femina fasces Eſſet turpe minus Medis, levibusque Sabeis, Imperat hic ſexus, Reginarumque ſub armis Barbariae pars magna iacet.

Canit Claudianus lib. 1. in Eutrop. v. 320. Mulier enim fuit costæ filia, non capitis. Si capite diminuta est, ut vidimus; absonum & turpe erit, sine capite capitis dominari. Peccatum corrupti nature potestatem: ait Chrysostomus Homil. 29. in Geneſi. Vit quippe studet amaritudini feminae, & illa viro (qua arte potest) dominari. Ita ergo pax sepelitur, & flammæum conscinditur. Proinde idem est nubere, & uxorem ducere: igitur vir uxorem ducturus: non e contra.

Coma & velamen feminae uti inſigne subiectionis. 1. Cor. Tertul. Chriſtoſt.

Olim & faciei velabant. Puturh. Val. Max. Apud Arabie dimidia tantum frons habitur lumen lae.

Virgil. Horat.

Parij capillorum ornatus. Ioanni. Nicub. Dotes feminæ sub iudicio, & viri ratio.

Quomodo olim exprimebatur subiectionis. Pier. Val.

Ugenam calibrari hasta? Ambrosio. Car mors mala, vel pulchra femina?

Avit.

Claudian.

Chryſoſt.

Vir non fit sub potestate feminae.

Ovven.

Vox eadem gerere, & regere est, omenque notandum. Ut regat uxorem vir, gerat illa virum.

August. Cassian.

Ait Ovvenus lib. 1. poster. Epigram. 65. Quod nisi conseruetur, depravabitur amplius natura, & augetur culpa: inquit August. ubi supr. Numquam Rex mulier, quippe solcissimus. Regina vocatur, quia focia tori, non throni: ait Cassian. Catalog. Gloria Mund. p. 1.

Æschil.

Res curæ sint viro, mulier ne consulat. Externa quæ sunt, domi ipsa permanent.

Dixit Æschilus in Prometh. Ridiculum secus. Qua de causa ingeniosè Ovven. lib. 12 Epigram. 149.

Ovven.

Coniugis observat nutus ut Numina Quintus, Verba putat leges, imperiumque preces. Ducit, agit miserum, quo vult, Quintina maritum; Ut dubites habeat, non habeat ne virum. Contra naturam, & mores, legeque loquendi (Grammatici fugite hinc) hæc vir, & hic mulier.

Maxim.

65 Pro re stultissima traditur à Maximo patetia, Transfertur imperium à viris ad feminas. Unde Venerem fingit Virgilius vitio lovi dantem, quod nimis indulserat audaciaz uxoris, quæ contra mariti veniebat sententiam, dicens: Æneid. lib. 10. v. 44.

Virgil.

Si nulla est regio Teueris, quam det tua coniux.

Non tu, sed tua coniux, cuius libitum sequeris. Ipla contrà fatagit, & nanciscitur dominari, cum debeat à mariti lege nec album unguis transire. Vide Donatum, & La-Zerd. hic. Nonnquam virorum dedecus huiusmodi conventia: igitur contumeliosè audiunt, quasi in corpore viri inestet animus muliebris. Proinde Hector apud Homerum Iliad. 6. sic Diomedè obijcit:

Non te ignominia afficient. Mulleris instar eris, Facesse ignava virgo.

Idem.

Et Iliad. 7. ore Ducis Menelai: Hæc mihi minaces Achivæ non iam Achivi.

Virg.

Quem fecutus est Virgilius lib. 9. Æneid. v. 617. Ubi ex persona Numanii in Troës, ait: O verè Phrygia: neque enim Phryges, ite per alta.

Eurip. Dcl. Iliad.

Turpe est uxorem domi præfesse, & non virum. Vide Euripid. in Electra: & M. Delr. Tom. 2. Adg. 690. Ne unquam serva mulier fiat domina. Quare in propudium filiorum Israël dicitur ab Isai. 3. v. 12. Mulieres dominatæ sunt eis. Quasi in deteriorem articulum pervenire non possent, ubi dominabantur, quæ servire deberent.

Quid hic, Iphes. Barcl.

66 Et ipse dominabitur tui. Firmitas sententia, & subiectionis portenditur. Ipse gravatur næ. Æqualem, præsidem vides: Tanquam parendi vilitas augetur, si te votis submisit, dicam cum Barclaiio in Argenid. part. 5. Unde Alcim. Avitus lib. 3. de Sentent. Dei v. 143.

Post hæc attonitam Iudex commotus in Evam, Et tu quæ primam violasti femina legem, Accipe (ait) reliquum vitæ, quod restat in ævum; Imperium patiere tui, dominumque timebis, Quem dederam socium.

Alc. Avit

Mordis acris vulnus subiectionis in ter equale.

Ipse. Illi te subiecio (dicit Chrystom. Homil. 17. in Genes. & ut pœna magis pungatur, subdit) subiecio te viro, cui dignitate par, & cuius natura particeps. Iccirco, Maritum habere dominum meruit mulieris non natura, sed culpa: perhibet Augustinus lib. 11. de Genes. ad lit. cap. 17. Sub potestate viri eras, verum non sub potestate viri dominatoris, & ut magis carparis, ipse qui par tibi, dominabitur tui.

August.

67 Dominabitur tui. Tui, ut caveat, ne domineris. Pœna tua est, quia sefellisti: illius, quia credidit. Pœna tua, quippe subiecta tris: pœna illius, quoniam te subditam habebit. Astipulator Damianus Serm. de S. Sever. Ex ea enim muliere ferendus erat, quam errans Auctori præposuerat: & unde homo culpam non timuit superbia admittere; inde pœnam corrigendi inveniret. Satis meo iudicio pœnz in virum, regere, & corrigere incorrigibile animal. Regimen in viros plerumque molestum (Exod. 18. v. 14. Numer. 11. v. 14. Deut. 1. v. 10. 3. Reg. 3. v. 7. & 8. v. 9.) quid in feminas? Felicitas est regimini David, illud: Qui subdit populum meum sub me. Populus, seu Vultus bellua est multorum caput. Quid sine capite mulier? Subditur populus eius, & sub illo; quippe ni eius, non esset subditus, subditus est sub alio. Sub regibus, uti regentibus, seu rectoribus populi sunt, exterum non

non subduntur, ubi plene non obediunt. Ita femina sub potestate viri est; & ut plene obediatur, subdi iubetur dominatui viri: dominum itaque additur potestati; ut quæ subest, subdit. Hoc, Deo qui subdit, quasi miraculum tribuitur: igitur feminas subditas obedire, patet miraculum.

Cur viri ad mimum ad dicitur potestatis

68 Hæc pœna in mulleris utilitatem celsit. Noluisti libertatem, ergo accipies servitatem. Voluisti multivaga imperare, diice regi: & ni rectè, pœnas lues. Non sub regimine tantum ut prius (ait Hugo hic) sed sub violenta dominatione, ut te etiam verberibus, & vulneribus affligat. Hæc erit subiecio, quin effugere possis dominationem, quippe nunquam frustrabis potestatem: imò in afflictione, & ab ipso, non ad alium, sed ad illum erit conversio tua. Oleaster, & Pagn. In quocumque tribulatione, ad illum licet expueris, revertèris; & vel castigantem diliges. Refugium tuum (Procop. Iest; Ad maritum convertèris. Syr. Quavis patiaris partus dolores, qui maxiam, igitur scis prole placere viro; Ad virum tuum appetitus tuus, & concupiscentia tua. Auctoritatem matris cruciatibus emes, & vanitati tuæ fomes erunt acuti dolores. Igitur concipientes tumescant, & dignitate superbiore sunt: ait August. ubi supr. de Genes. contr. Manich.

Hug.

Oleastr. S. Pagn. Procop. Quavis dolibus emitt auctoritatem feminæ August.

69 Dominabitur tui. Ecce clarius status matrimonij. Non solum sub potestate viri eris; sed eris sub potestate viri domini, ut supra dixi: illi te subiecio (interpretatur Chrystom. Homil. 17. in Genes.) & illum dominum tuum assero, ut illius scilicet dominum agnoscas. Vir, dominus vocatur: patet Genes. 18. v. 12. Dominus meus vetulus est. Iosephus Antiquit. lib. cap. 11. referens historiam Ruth, cap. 3. v. 9. ubi, Expande pallium tuum super famulam tuam; exponit: Petisse, ut se tanquam dominus communi thalamo dignaretur. Senec. in Troade Act. 4. v. 915. & in Agamem. Act. 2. v. 279.

Chysostr. Maritus dicitur Dominus. Gen. 1. Iosephus

Me meus traxit statim Sine sorte dominus. Quia honesta prædest vita, flagitio carens, Ubi dominus odit

Senec.

Virgilius Æneid. lib. 4. v. 214. & Ovid. Epist. 7. Heroid.

Virgil.

Coniugia nostra Repulit, & dominum Æneam in regna recepit. Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo.

Idest, sub marito, cui femina subiecit, & qui uxori dominatur: apponiturque dominum supra potestatem, quippe quia sub potestate est, ut ille ita dominetur, quin femina quærat, quare ita dominatur illi. Vir dominatur, dum uxorem iubet; & illa sub viri est potestatis: quum ita obedit, ut minime quærat, cur sic, vel aliter iubeat.

Ovid.

In quo maxime subiecio servatæ no exequatur Hebr. 13. 17. Vultus obedientia, in quo stetit Chylostr. Plal. 143. 2.

70 Haud aliter intelligitur Paulus, dum dicit: Obeditè præpositis vestris, & subiacete eis. Subiectionem, & obedientiam commendat. Obedientiam videlicet voluntaris, subiectionem etiam mentis: quoniam subditis congruit obedire, verum non scire. Quare? Ignoret iudicare, qui cogitat obedire; maxime in obedientia voluntaria, cuius fructus devenustatur cogitatione curiosa. Arridet Chrystomus in Matth. 23. & apud Glosiam Magn. hic. Dicit enim: Noli curiosus esse. Fusè discuterem, ni fecissem Tautolog. 2. Didasc. 5. Ita etiam explanari potest illud David, de quo mem. præced. Qui subdit populum meum sub me. Suberat populus; quia spontè vel in doris obediebat: & sub illo; quoniam solam obedientiam, & non causam cogitabat. Quare Genebrardus hic: Qui obedienter reddidit subditos. Belle: quasi non essent subditi obedientes, intuitum præcipiendi cogitantes; vel quia dummodò non subit corda, non lucret obedientium obedientia.

Geneb.

71 Restat investigandum, quid innuat Dominus, & Dominator, ut testimonium Apostoli Iudæ clarescat, dicentis: Solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes, quod etiam alibi: Exod. 34. 6. Isai. 3. 1. & cap. 10. v. 16. 32. atque 4. Esdr. 3. v. 4. Expositores, & P. ly Solum, tanquam propugnaculum in hæreticos, interperantur. Quidam homines impij, Dei gratiam transferentes in luxuriam, quales tum erant Nicolaitæ, Simoniani, & Ebionitæ, & post Ariani, aliaque monstra hæreses per multas excitarunt. Inter huius furfuris homines, quidam dixerunt, Christum non esse Filium Dei, sed naturam tantum humanam habuisse: in quos Evangelium scripsit Ioannes, ut notat Hieronymus de Script. Ecclesiasticis. Ideoque meditanter dicit Iudas: Solum Iesum Christum, &c. quippe summum Dominum, Dominatorem, & Deum ferebantur, verum inficantes, hunc esse Iesum Christum. Quapropter Syr. vertit: In eo, qui est Dominus Deus, Dominatorem nostrum Iesum Christum negantes. Non negabant Deum esse, sed Christum Deum esse. In quos Occumenius; Nam cum Verbum (ait) quod carnem assumpsit, admissum

Christus est filius Dei

Hieron.

Syr.

rimus;

Acumen. Bed. Didym.

rimus, si alterum esse diceremus eum, qui ante secula ex Patre proderit; alterum, qui in extrinsecis temporibus ex matre in mundum venerit; quomodo unum Dominatorem, & Dominum non negarem? Unus enim Dominus est Iesus, dispensationis unione. Unus, & idem omnium Dominus est. Vide Bedam in Gloss. Ordin. & D. dyum apud Lorinum hic.

Arab.

72 Nec quia Christus solus dicitur Dominator & Dominus, & etiam Deus (ita legitur Arabicus: Qui solus est Deus, ac Dominus noster Iesus-Christus) excluduntur à dominio Patris & Spiritus Sanctus. Tum quia, ut Vener. Beda ubi sup. restatur: Quamvis enim in eadem Sancta & individua Trinitate personam nominet, solus Deus est: & cum totam simul Trinitatem nominat solum verum Deum nominat. Tum, quia Dicitio exclusiva in Mysterio Trinitatis (ait scholasticè Caietanus hic) adiuncta tam essentialibus, quam communibus relationibus ad extra, non excludit aliam personam: & propterea dicens de Christo, quod est solus Dominus, non excluditur Pater, aut Spiritus Sanctus. Ingeniosè quidem relatiōis ad extra: nam ad intra, solus Pater genitor, solus Filius genitus, & solus Spiritus Sanctus ab utroque procedens, spiratur. Solus, hoc loco, idem est, ac non cum alio. Pater, & Spiritus Sanctus non sunt alius Deus & Dominator à Filio: sed tres unus Dominator, & Dominus. Confule Lyranum hic: Notque late Tom. 4. Tautolog. 4. ad illud Deuteronomij cap. 32. v. 29. *Vilete, quod ego sum solus, & non sit alius Deus prater me.* Potest etiam Christus dici solus Deus & Dominus, à nobis vidus, quia cum hominibus conversatus, igitur Deum nemo vidit unquam. Vel quia Filius Unigenitus Dei solus subivit hominem, humanam assumens carnem; quo sensu ore pleno vocamus Deum nostrum, quod, ni fallerbar, exprimitur Psalm. 66. v. 7. ubi Sanctil. Trinitatis arcum emicat, & Vates Regius per Deum nostrum, Christum Filium Dei declarat, dicens: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.*

Dicitio exclusiva in relatiōis ad extra non excludit aliam personam diuinam. Caiet. Quo sensu Christus dicitur solus Deus? Psal.

Dominator Dominus, id est, Dominus Deus.

73 Modò ad Dominatoris & Domini significationem. Per Dominatoris Dominus, per Domini vocem, frequenter intelligitur Deus. Unde Dominator Dominus, id est, Dominus Deus, Favent menti Lectiones. Arabic. ut vidimus: *Qui solus est Deus, ac Dominus.* Syr. *In eo qui est Dominus Deus.* De quo in Scriptura obvia testimonia. Sufficiat Luc. 1. v. 38. ubi Maria dicitur: *Dominus tecum.* Id est, Deus tecum. Etiam apud Profanos. Ovid. 1. Am. Eleg. 7. *Domino (nimirum Deo) solvere vota Iovi,*

Id est, Domina domina? uia

Potest etiam *ly Dominum* additum Dominatori, superlativi loco intelligi; sicuti in *Prolog. Galeat. diximus*, §. 4. num. 6. id est, summus Deus, & altissimus Dominus. Unde dicitur Rex regum, & Dominus dominantium. Ut amplifictur auctoritas, & maiestas eius super omnia: dominium pallogia, seu geminatione signatur. Daniel. 7. v. 14. *Potestatem, & honorem, & regnum.* 1. Tim. 6. v. 16. *Honor, & imperium.*

Vel per quod dominatur.

74 Vel intellige (quod sine fulcro auctoritatis non est) Regem, per quem Reges regunt. Prov. 8. v. 15. & Apocal. 1. v. 5. *Princeps regum terræ.* Aut super dominos superior Dominus: ut dicitur aleremia 51. v. 46. *Dominator super dominatorem Seneca in Thyeste Act. 3. v. 606.*

Senec.

Vos, quibus rector maris atque terræ, Ius dedit magnum necis atque vitæ, Ponite inflatos, tumidosque vultus: Quicquid à vobis minor expavescit, Maior hoc vobis Dominus minatur, Omne sub regno graviore regnum est.

Horat.

Horatius lib. 3. *Carm. Od. 1. v. 5.* uti ingeniosè astruunt Lav. Torrent. & Petr. Nannius hic *Regum timendorum in propriis greges Reges in ipsos imperium est Iovis.*

Æschil.

Reges sunt mortales, sed mortales reges, Dii humani; & Dominus, Deus Deorum: Psalm. 49. 1. & 81. 1. Ita Æschil. in *Prometh.*

Sever.

Nullus enim liber nisi Iupiter: Quippe, ut canit Boëtius lib. 4. de Consolat. Philosoph. Mettr. 1. v. 19.

Boet.

Hinc Regum sceptrum Dominus tenet, Orbisque habenas temperat. Et volucrum currum stabilis regit Rerum coruscus ar biter.

Quos miseri torvos populi siment Cernes tyrannos exyles.

Plura consona legis ex Orpheo apud Apuleium de *Mand.* & Eusebium lib. 3. de *Preparat. Evang.* Fuere omnigenæ eruditionis floribus in viridario Politices Solorzani *Embl. 1.*

De.

75 Dominus dicitur, qui subditos habet. *Dominus Gentium.* Thren. 1. v. 1. & pluribus alijs in locis. Inter Poetas crebro. Virgil. lib. 1. *Aeneid. v. 286.*

Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Horat. lib. 4. *Carm. Od. 14. v. 44. Dominus Romæ.* Quo titulo laudatur quoque à Plinio *Epist. 6. lib. 1.* & denique Martialis lib. 4. *Epigramm. 64.*

Hinc septem dominos videre montes. Eodè sensu Christus, Dominus dicitur: Græcè, *Despotus* id est, qui ius habet in servos, non tàm quia Filius Dei est, sed etiam tunc redemptionis licet, ut ait Petrus in 2. cap. 2. v. 1. *Eum, qui emit eos, Dominum negent homines tot blasphemis, tot hæresibus, quas videris apud Cardin. Bellarm. & Alphonsum à Castro verb. Christus.*

76 Glossa Interlinealis hic distinguit Dominatorem, & Dominum, quasi Dominus sit singulariter asecularum Christianorum, & Dominator tam volentium, quam nolentium, Thomas Anglicus apud Lorinum, & Alapide hic, *Dominatoris* nomine potestatem dominandi intelligit, & nomine *Domini* actum dominationis, seu potestatis. Ego autem bonâ veniâ, & dulci pace, secus exponerem: nimirum ius per *Dominum*, per *Dominatorem* verò dominium; ut contabuit subinde ex Paulo. Christus, est *Solus potens*, ut inquit ipse 1. Tim. 6. 15. habet modò potestatem, verum non dominationem. Hoc est, cunctorum Dominus est, sed non dominatur cunctis; donec ponat inimicos suosocabellum pedum suorum.

77 De Christi Servatoris dominio, sententiam roborans ex Psalm. 8. Paulus ita loquitur: *Omnia subieci tibi sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subieci, nihil dimisit non subiectum ei.* Quod quidem etiam exponit 1. Cor. 15. v. 27. *Cum autem (inquit) omnia subiecta sunt ei sine dubio prater eum, qui subiecit ei omnia, Omnia illi tradita sunt à Patre, & posuit in manus: in qua habet proculdubio potestatem, ut ipse ait Matth. 28. v. 18. Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra:* verum non dominationem, sicut subinde dicit Apostolus: *Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.* Quare dices. Quia adhuc multi rebelles. Erunt enim omnia subiecta: *Cum tradiderit (subdit Gentium Doctor 2. Cor. 15. v. 24.) regnum Deo, & Patri, cum evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.* Nimirum, cum expaverit omnem dæmonum potestatem, & ordinem, ut amplius Ecclesiam, qua est regnum Dei, impugnare non possint. Ita Chrysolomus, Theophylactus, & Occumenius. De qua impugnatione doctissimè differit Alap. in cap. 6. v. 12. *Epist. ad Ephe.*

78 Omnia utique Christo tradita, & terrena, & caelestia, nihil non subiectum relinquitur, prater eum qui subiecit ei omnia, sed non subiecit, ut dominationem statim post mortem haberet. *Quotidie enim aliqui subijciuntur, sed non omnes, donec in iudicio: astruunt interlin. Caietan. & Ribera.* Habet modò ius in omnia: sed non dominatur omnibus, usque dum vincatur, & iustificetur in sermonibus suis, dum iudicaverit. Hoc enim lylo plenum dominium exprimitur etiam apud Profanos. Virgil. 1. *Aeneid. v. 289.*

Victor dominabitur Argis. Tum enim florebit ius habendi, possidendi, fruendi, & utendi pro libito volutatis, & relucebit auctoritas Superioris; ita ut in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris, & verè Dominus.

79 De dominio, & regno Christi, an spirituale tantum, an temporale, an utrumque, vel excellentioris superioris ordinis, late PP. & DD. Scholastici, quos videris apud Francisc. Mendozam in Reges cap. 2. sect. 3. Annotat. 15. circa *Lit.* quin omittas Agellinianum, Alphonsum Mendozam in celebri, & insigni Theologica Relezione de *Univerfali Christi regno:* ac novissimè N. Iardicum tom. 1. in *Theolog. Divi Anselmi tract. 13. Dub. 3. & 4.*

80 *Sub viri potestate eris.* Ita Tertullianus, Augustinus, & Ambrosius. *Ad virum tuum conversio tua:* Septuag. Interpr. *Ad virum tuum appetitus tuus:* Arias-Moutanus. *Conversio, desiderium tuum:* Sanctes Pagninus. *E viro tuo desiderium tuum:* Caietanus. *Acurfo tua:* Maluenda. *Impetus tuus:* Symmachus. *Decursus tuus.* Olealter. *Concupiscentia tua:* plures AA. apud Pererium, & Cornet. Alapide hic.

Et ipse dominabitur tui. Syr. *Ad maritum converteris.* Aquila, *Societas tua loco conversionis.* Arias Montan. *Ipsè dominabitur in te.* Pagnin. *Ipsè dominabitur tibi.* Moyses Barcephas. *Ad virum tuum respicies.* Abenezr. *Viro tuo obedentia tua.* Procop. *Vir refugium tuum, protectio tua, anchora, portus.* Alij, *Vir ipse praesto tibi.* Sentus literaliter explicavimus. Modò ergo tropologice, ut caro subijciatur spiritui.

Virgil.

Martial. Dominus, qui servos habet.

Dominus volentium, Dominator etiam nolentium. Interlin. Thom. Anglic. 1. Tim.

Heb. 1. 8. 1. Cor. Christi habuit in cuncta potestatem, & habet, sed non duntaxat dominatio nem. Post iudicium iustep dæmones nullus erdo.

Christus hanc sibi subiecit omnia sicut post mortem. Interlin. Caietan. Ribera. Virgil.

Franc. & Alphonf. Mendoz. Lardit.

Varian. led.

ADI.

ADINATON EXEGETICUM.

Epiloga excurs.

- 1. *Sub viri potestate eris.* Ut sis potens, eris sub mariti potestate.
- 2. *Sub viri potestate;* quia tibi nulla sine potestate viri.
- 3. *Suberis,* & amore: non ut fallaci dominis servitute.
- 4. *Suberis,* ut non sis sub.
- 5. *Suberis,* ut recte sis.
- 6. *Suberis* etiam correptione dilectionis. Aliter non vel correpta corrigeris.
- 7. *Sub viri potestate,* & voluntate; quippequam tua voluntas in potestate voluntatis viri.
- 8. *Sub viri potestate.* Si vir, dominare: aliter, ut vincas, iuge.
- 9. *Ipsa dominabitur:* ne qui subest, dominati dominetur.
- 10. *Dominabitur:* & eris *sub potestate;* quippe servitute.
- 11. *Dominabitur,* in potestate qui dignus in

- dignus vel in potestate nequaquam dominus
- 12. *Dominabitur* iuxta legem: ultra vel potens non habebit potestatem.
- 13. *Dominabitur,* penes amoris studium, ut habeat verè in potestate dominium.
- 14. *Dominabitur* dilectione, potentiore potestate.
- 15. *Dominabitur,* qui *præsto tibi:* si Dominus tibi præsto.
- 16. *Dominabitur & præsto tibi.* Ut sit præsto, subello potestati.
- 17. *Dominabitur.* Homo *Refugium* feminæ: aliquando femina refugium hominum.
- 18. *Dominabitur.* Si *Refugium,* ergo exhibendum obsequium.
- 19. *Dominabitur tui,* ratione: & potius ratione, cum gratiosa veritate.
- 20. *Ipsa dominabitur tui.* Ipse tui, si tu ipse: imò gratia favoris, quantumvis iugum velis excutere potestatis.

DIDASCALIA PRIMA.

Femina multivola, & vaga.

Eurip.

Fabula pulchra de feminari origin.

Simon.

Plaut.

Mundi muliebri quiqui lie, & irritamentis luxuria.

Inquit nec immeritò Euripides in *Electra*. Quia vaga, errat: & est vaga, quia multivola. Finxit Simonides in *Cammin de Mulier vitupe*. Feminas alias formatas ex *Vulpe*, astutas, & vastas in slophas: alias ex *Cane*, rabidas, rixosas, mordaces, oblatrantes, sed festi as: alias ex *Asina*, otiosas, & desides: alias ex *Pica*, aut *Pistaco*; scelosas, & stultiloquaces: alias ex *Equa*, vehementissimè petulcas: alias ex *Simia*, studiosè philocefmas: alias ex *Aspe*, operofas, industrias. At cum corpus apis exiguum sit; rarè in hoc sæculo videntur, quia servatur his, quos Iupiter æquus amat. Quid si feminæ ex his omnibus fieret constructio? Infelix prorsum homo: commorari leoni, & draconi placeret viro, uti gloria; quam habitare vel momento cum illa.

Naque lex (illarum) in fatietatibus. Ait Plautus in *Aulular*. Act. 3. Scen. 5. Vide ad earum cultum, quantis strophis confect mundus muliebris, apud *Statam* cap. 3. In calceamentis Lunule; aptius ut rutilarent insigne cerebri, apponentur sicut pendentes in fronte: Torques, Monilia, Armille, Mitre Discriminalia, Pericelidæ, Murenulz, Olfatoriola, Inaures, Annulli, Gemmæ, Mutatoria, Pallola, Linteamina,

Acus, Specula, Sindones, Vitæ, & Theristra. Quotique feminarum corrupela? Multivole sunt: modò hoc, modò illud, modò aliquid, modò nihil, modò omnia, modò sic, modò non. Quid hoc animal? Vagatur, ut multa videat, & plura curiosè appetat.

Sub viri potestate traditor mulier. Cur ergo quæ focia, potestati viri deseribitur mancipata? Ut sit focia. Si non ambulaverit ad manum, confundet virum: ut perisitat illibacum amoris flammæ; traditor sub potestate viri: siquidem non ita valebit ad malum, sub mariti potestate. Dum conceditur venia prodeundi, patet maritus de decori: quapropter femina ne in opprobrium mariti sit multivola; oblet viri potestatis, quod nalsquam obertet vaga.

1. Ipsa à qua initium peccati, erit exempli Titulo lubricæ curiositatis, & periculose oblectationis; quid? Dicit Rupertus lib. 3. de *Trinitat*. cap. 2. *Non igitur serpens in paradiso fuit: sed mulier corpore, & oculis vaga, dum incontinenter de ambulat, fortè prospiciens, qualiter extra paradysum mundus esset, locus diabolo datus est, & occasio porrecta, unde tentaret Evam.* Serpentem vidit, & minime exhorruit. Patet quantalaborabat femina malaciâ curiositatis; ubi non

Gen. 3. 26.

Oberratio feminæ delectatio oculi.

Rup.

Gen. 3. 1.

Haud daretur loci diabolus, si mulier non curaret in paradiso.

Rupert.

Vel cum demone loqueretur, ut loqueretur.

Soliloquium feminarum.

Rup.

Gen. 3. 1.

non refugit (ut sciat) conversationem serpentis. Absconditur ergo blando sermone supplantationis decipula, illicò ut mulier videret corpore, & oculis vaga: quippe minime daretur locus diabolo, si ipsa non vagaretur in paradiso. Ampla domus erat: verum contenta domi, mundus nequaquam peribat: & è paradiso oculis emissitij egreditur, dum corpore incontinenter vagatur; minimi pendens, quòd periret mundus, modò cum illa loqueretur vel diabolus.

Extra paradysum erat serpens, sed *Utopiè astutus dulcedini illius propius, & ambitiosus inhiabat:* ait idem ibid. Nequaquam ingredi poterat in domum illius, quin illa expelleretur è domo. Allicitur, & pellicitur: sicè Deitatis illecebris, & illicitur una specie divinitatis: nullatenusque cogitat ducta curiositate, sub velamine obsequij demonem ingredi. Vaga per vacuum volupratis hortum deambulabat, ut cuncta videret, & videretur à cunctis: parvi momenti videbatur abs mariti oculis infantia curiositatis; sed innoit totius generis exitium, feminaram custodiæ quantum momentum: igitur si nullus alius forsam obvius in viâ; cum demone loqueretur facilis femina. Nec se cogitabat, cogitans virum absentem, sed duntaxat quomodo vel ad horam impenderet libertatem: hostis callidus vidit, & triumphò ordinat, ut versute cogitavit: igitur locus opportunus datus est diabolo, procius ut multivola discederet a marito. Ille habet mille noceandi artes, femina mille cupidinis.

Centus primæ feminæ possident omnes hæreditatis iure. Quam multæ domorum ruina ex feminarum indulgæ curiositate! Pollarunt enim innumere amaritudines virorum, ex mulierum frequenti cogitatione dicentium: *Videamus, & qualiter extra domum paradysum, mundus se habeat? Experiamur, quid sit mundus?* (Quid si femina venit Penelope, & abit Helene?) *Nescimus semper quid in mundo novi?* (Quid si in ipsa inquisitione perit?) *Aliquando non fas, seire extra domum, quid agitur extrâ?* Ac si obvius demone? Loqueris eum demone? Loqueris. Hæsi offerre pomum? Accipies. Multivola es, & erudito, ac prompto palato liguriter. Nos dicimus: *Antojadina, y golosa.* Haud cogito obliquo iudicio. Accipies, ut accipias, pomum vel a proco diabolo. Accipies pomum, quanvis odoraveris venenum. Non accipies, dum vaga quæris? Accipies in amicitiam demonium, & etiam facies consentire virum. O vesanz! Devorate elleborum, manducate naturium. Rectius,

Tom. I. Taut.

& commodius esset, pudorem servare intra domus parietes, quam per plateas inquirere cognatæ lubricitatis occasiones.

3. Christus tentari voluit, ut nostras suis tentationibus vinceret. Omnis in illo diabolica tentatio foris, non intus fuit: in Eva verò foris, & intus; igitur facta, extrinseca suggestione, delectatione, & consensu: de quo N. Gregorius Homil. 16. in *Evang.* Subit ergo mentem, inquirere: Cur Eva semel petita, tentationi succubuit, & Christum victorem in triplici confictu inimicus agnovit? Promptè dicam. Dum Christus esurivit, *Accessit tentator.* Ubi Eva stitit divinitatem, accessit ad tentatorem. Mundi gloriam diabolus ante oculos Christi adduxit: femina vaga erroneis oculis cupiebat scire, qualis mundus extrâ paradysum esset: & Christus etiam teritè prevaluit in inimicum, dum illa stet, & nos solum callidioris hostis domum; quoniam tentatio inquisivit Christum usque in solidum, & femina vaga vel in paradiso quasi vitæ ex arripuit tentationem.

4. Scientia huius percite stimulo, domos alienas intrant, per vias volitant, & continuò curitant, habitationem propriam indicantes mundum, nequaquam domum. Fingunt plerunque cognatorum necessitatem, comitatis obligatiorem, & specie salutationis, obsequij (multoties lactant auditoritatem viri) & nocuæ familiaritatis, diligunt & querunt occasionem criminis. *Declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem:* ait Regius Pfales. Officio vel urbanitatis respondere, non est crimen, potius ergo obeanti confert ex merito laudem: cur enim illis, qui in obligationes declinantes, implent necessitudinis ministerium, durum inferni fulminatur supplicium? Satis quidem declinant, si nullatenus implerent. Obligationes feminæ vocant visere cognatos, & non est aliud, nisi curare per domos: addite quid luxu fuerit, & quæ illarum cultui magis studeat: cur illa habet & cur illa non habet? & alia huiusmodi, quæ non licet homini loqui. Hæc, quæ dicuntur obligationis officia, sunt scelerata: quippe operantur usquequaque iniquitates, declinantes anxie post obligationes. Omnium criminum artifices feminæ, ac in mendacijs, & fraudibus genio magistro doctissimæ: nullam lapidem inmotum relinquunt: ut pro aris, & focis voto potiantur: ac declinantes in huiusmodi tricas, inferni patientur penas; quoniam agnoscentes in obligationibus solummodò obligationum rurilam speciem, labuunt in criminis

Greg.

Matth. 4. 3.

Qui perniculum quarit, in illo peribit.

Pfal. 124. 8.

Que dicuntur feminæ obligatio, nisi officia, sunt scelerata.

Rrt me